18 Item dicunt quod Iohannes Bemystre capellanus die Mercurii proximo post festum Pasche anno regni domini Regis nunc vicesimo primo apud Berkele domum Ricardi Spycer de Berkeley fregit et Iohannam vxorem eiusdem Ricardi felonice rapuit feloniam illam continuando a predicto die Mercurii vsque diem Iouis proximum post festum Pentecostes tunc proximo sequentem et bona et catalla ipsius Ricardi ad valenciam decem marcarum ibidem inuenta cepit et asportauit. (*Margin* felonia)

John Bemystre chaplain broke into the house of Richard Spycer of Berkeley, feloniously raped Johanna wife of Richard and took goods valued at 10 marks.

19 Item dicunt

20 Item dicunt quod vbi Iohannes Muleward' filius Ricardi Muleward' die Lune proximo post festum natiuitatis sancti Iohannis baptiste anno regni domini Regis nunc decimo nono apud Giffardestoke Cristianam vxorem Ricardi Brayel felonice rapuit et bona et catalla eiusdem Ricardi felonice cepit et asportauit vnde idem Iohannes vtlagatus est per processum factum coram iusticiariis de pace³⁶⁹ comitatus predicti predictus Ricardus Muleward' a dicto die Lune vsque presentem sessionem diuersis vicibus (felonice)¹ receptauit apud Giffardestoke predictum Iohannem sciens ipsum esse felonem domini Regis et feloniam predictam fecisse etc. (*Margin* felonia accessorius)

When John Muleward son of Richard Muleward, who had feloniously raped Christiana wife of Richard Brayel and feloniously taken his goods, was outlawed, Richard feloniously received him, knowing him to be a felon and to have committed the aforesaid felony.

21 Item dicunt quod vbi Philipus Moret die Lune proximo post festum sancti Michelis anno regni domini Regis nunc nono apud Mangotesfeld et alibi infra hundredum de Berton' iuxta Bristoll' duos boues et duas vaccas de bonis et catallis Iohannis Belle et aliorum felonice furatus fuit vnde idem Philipus vtlagatus est per processum factum coram iusticiariis de pace³⁶⁹ comitatus predicti quidam Robertus Dasshell' a dicto die Lune vsque presentem sessionem diuersibus vicibus predictum Philipum apud . . .³⁷⁰ felonice receptauit sciens ipsum Philipum esse felonem domini Regis et feloniam predictam fecisse etc. (*Margin* feloniam accessorius).

When Philip Moret, who had feloniously stolen two oxen and two cows from John Belle and others, was outlawed, a certain Robert Dasshell feloniously received him, knowing him to be a felon and to have committed the aforesaid felony.

22 (*Margin* Blidd' et Lanc') xij iuratores videlicet Iohannes Felde Willelmus Snodehull' Willelmus Heed' Willelmus Okul Iohannes Mychel Walterus Cornew Thomas Smyth de Blakeney Thomas Coneley Walterus Feld' Iohannes Chaunterel Ricardus Moldeson' Ricardus of the Feld' Ricardus Grene et Henricus Pert dicunt super sacramentum suum quod Willelmus Haket et Thomas Harpere die Dominica proxima post clausum Pasche anno regni domini Regis nunc vicesimo primo apud Ailberton' clausum ecclesie eiusdem ville sancti Iohannis noctanter fregerunt et bona et catalla in eadem ecclesia existentia videlicet vnum chesible cum pareux de la aube et del amys vnum calicem precii lxs et vnum pixidem eburneum vnum anulum argenteum precij vijd et duas marcas et dimidiam et xvijd ob. in pecunia numerata de bonis et catallis parochianorum et custodum bonorum ecclesie predicte felonice furati fuerunt. (*Margin* feloniam)

³⁶⁹ Outlawry took place only in the county court before the coroner, not before the justices of the peace. See also Putnam, *Ys*, p. xxvii.

³⁷⁰ Blank.

William Haket and Thomas Harpere at night broke into the close of the church of St. John, Elberton, and feloniously stole goods, price 60s, 7d, and 2½ marks, 17d, 1 halfpenny, belonging to the parish and the custodians of the church.

23 (*Margin Breuell'*) xij iuratores videlicet Ricardus Brayn senior Willelmus Wygan Iohannes Wodeward' Walterus Taillour Willelmus Robard' Iohannes Marmyn Iohannes Clerk' Rogerus Bolynghope Iohannes Hycokes Willelmus Courte Iohannes de Dene et Ricardus Forest dicunt super sacramentum suum quod Willelmus Skynnere de Rewardyn die Iouis in festo ascencionis Domini anno regni Regis Ricardi secundi xxj^o apud Alton' iuxta Rosse vnum canebas precii ijs de bonis et catallis Henrici Moton' felonice furatus fuit. Item dicunt quod idem Willelmus die Veneris in festo purificationis beate Marie anno xxj^o apud Rewardyn vnum gladium et vnum bokelere precii xld de bonis et catallis Nicholai Baker de Rewardyn felonice furatus fuit. Item dicunt quod predictus Willelmus die Sabati in vigilia Pasche anno xxj^o apud Rewardyn domum Iohannis Gyse noctanter fregit et octo solidos in pecunia numerata de bonis et catallis predicti Iohannis felonice furatus fuit. Et quod est communis latro. (*Margin felonia*)

William Skynnere of Ruardean feloniously stole a canvas, price 2s, from Henry Moton, and a sword and a shield, price 40d, from Nicholas Baker of Ruardean; he broke into the house of John Gyse at night and feloniously stole 8s; he is a common thief.

24 Item dicunt quod Iohannes Pycard die Mercurii in festo sancti Michelis archangeli anno regni Regis Ricardi secundi xvij^o apud Magnam Dene in pleno foro ij peces de kerchyes precii vjs viijd de bonis et catallis Iohannis Bylleye de Glouc' felonice furatus fuit. Et quod communis latro etc. (*Margin felonia*)

John Pycard feloniously stole two kerchiefs, price 6s 8d, from John Bylleye of Gloucester; John Pycard is a common thief.

25 (*Margin Grimb' Hembury Berton iuxta Bristoll'*) xij iuratores videlicet Robertus Goderyngton' Iohannes Walkere de Torteworth' Ricardus Cantok' Galfridus Wynband Ricardus Gilmyn Thomas Fayre Iohannes Knyte Willelmus Peny Iohannes Wolpenne Thomas Porter Iohannes Cory Rogerus Iryssh' et Rogerus Tyhull' dicunt

super sacramentum suum quod Philipus Moret nuper commorans apud Mangotesfeld die Mercurii in septimana Pentecostes anno regni Regis nunc xxj^o apud Mangotesfeld in quodam prato vocato Erlesmed' duos equos de bonis et catallis Iohannis Hobbes de Bristoll' bocher precii xls felonice furatus fuit. Et quod est communis latro. (*Margin* felonia)

Philip Moret, lately residing in Mangotsfield, feloniously stole two horses, price 40s, from John Hobbes of Bristol butcher; Philip is a common thief.

26 (*Margin* Kyftesgate) xij iuratores videlicet Robertus Someruyle Ricardus Russell' Thomas Moryn Thomas Bemound Iohannes Burne Ricardus Tybote Robertus Proudnom Iohannes Arkel Willelmus Redel Iohannes Hewchyns et Walterus Punchard dicunt super sacramentum suum quod Willelmus Turnour de Wynch'combe die Lune proximo post festum sancti Gregorij anno xxj^o Regis nunc apud Wynch'combe in Willelmum Aleyse et Willelmum Webbe tastatores seruise eiusdem ville et Henricum Whitenow et Thomam Nors seruientes et officiales eiusdem ville vi et armis in ipsos infaciendo et exequendo officium suum predictum insultum fecit contra pacem domini Regis in contemptum domini Regis. Et quod est communis perturbator pacis domini Regis. (*Margin* transgressio)

William Turnour of Winchcomb assaulted various officials of Winchcomb including beertasters while they were performing their offices; he is a common disturber of the peace.

27 Item dicunt quod Willelmus Wele de Wynchecomb' bocher die Mercurii in septimana Pasche anno supradicto apud Wynchecomb' iacuit in insidijs ad interficiendum Willelmum Budell' de Wynchecomb' et ipsum interfecisse voluit si cum eo obuiasset contra pacem domini Regis. Et quod est communis perturbator pacis domini Regis. (*Margin* transgressio)

William Wele of Winchcomb butcher lay in wait to kill William Budell of the same; William Wele is a common disturber of the peace.

28 Item dicunt quod Ricardus Aldewyne de Welneford die Lune proximo post festum sancti Michelis anno xix^o apud Welneford vnum iumentum precii xxs de bonis et

catallis Thome Skynnere de Welneford predictam felonice furatus fuit. Et quod est communis latro. (*Margin felonia*)

Richard Aldewyne of Welford feloniously stole a mare, price 20s, from Thomas Skynnere of Welford; Richard is a common thief.

29 (*Margin Westbury*) xij iuratores videlicet Iohannes Ios Iohannes Pyryale Walterus Bowham Ricardus Brayn iunior Iohannes Hed Ricardus Fulcher Iohannes Ledene Thomas Iordane Iohannes Tommes Iohannes Somerton' Ricardus Rycheford et Henricus Ioynor dicunt super sacramentum suum quod abbas de Tynterne³⁷¹ tenet vnum gurgitem in cursu aque de Wye vocatum Hytheleswere et habet et habuit diuersa ingenia ibidem (vocata wiles)¹ a festo purificationis beate Marie anno regni domini Regis nunc vicesimo primo vsque ad hanc sessionem in quibus quidem ingenijs cepit et de die in diem capit la frygh' de salmonibus et illud destruit in contemptum domini Regis et contra formam statuti inde editi etc. (*Margin articulum*)

The abbot of Tintern has a weir in the Wye River by means of which he catches and destroys young salmon.

30 Item dicunt quod domina de Talbot³⁷¹ tenet eciam vnum gurgitem in eadem aqua apud Honsom vocatum Honsomeswere et habet et habuit diuersa ingenia ibidem vocata wiles per tempus predictum in quibus eciam ingenijs capit et diuersis vicibus cepit la frygh' de salmonibus et illud destruit contra formam statuti predicti etc. (*Margin articulum*)

The lady of Talbot the same.

31 Item dicunt quod Robertus Ferrers³⁷¹ dominus de Bekenore tenet eciam vnum gurgitem in eadem aqua apud Bykenore vocatum Bykenoreswere et habuit per tempus predictum diuersa ingenia ibidem vocata wiles in quibus eciam ingenijs cepit la frygh' de salmonibus et illud destruxit contra formam statuti etc. (*Margin articulum*)

Robert Ferrers lord of Bicknor the same.

32 Item dicunt quod dominus Iohannes Mountagew³⁷¹

³⁷¹ To be produced KB, Westminster, Hilary 1412; presumably could have secured pardons like the others accused of this same offence; KB 27/603, Rex, m. 13; *supra* n. 356, p. 143.

comes Sarum tenet eciam vnum gurgitem in eadem aqua apud Lodebrook vocatum Ludbrokeswere et habuit per tempus predictum diuersa ingenia ibidem vocata wiles in quibus eciam ingenijs cepit la frygh' de salmonibus et illud destruxit contra formam statuti etc. (*Margin articulum*)

Lord John Mountagu, earl of Salisbury, the same.

33 Item dicunt quod Walterus Cadull' de Elueton' die Martis proximo ante festum Pentecostes anno regni domini Regis nunc vicesimo primo apud la Yongecrosse in regia via vi et armis in Isabellam Cok insultum fecit et ipsam verberauit vulnerauit et male tractauit contra pacem domini Regis etc. (*Margin transgressio*)

Walter Cadull of Alvington assaulted Isabella Cok, beating wounding and maltreating her.

34 (*Margin Teuk'*) xij iuratores videlicet Simon Plomer Nicholaus Glouer Robertus Grese Ricardus Twenyng' Nicholaus Thorndon' Iohannes Tauerner Ricardus Stabolt Iohannes Sperman Willelmus Longedon' Simon Carpenter Adam Appurley et Ricardus Dyare dicunt super sacramentum suum quod Iohannes Phelipp' die Iouis proximo post festum sancti Nicholai episcopi anno regni domini Regis nunc vicesimo primo apud Teukesbury in bertona de Teuk' noctanter cameram Willelmi Maltman de Teuk' felonice fregit et bona et catalla ipsius Willelmi videlicet vnum coopertorium vnum blanket vnum linthiamen vnum bordcloth' vnam camisiā vnum capicium et vnum par cultellorum precii decem solidorum et eciam duos solidos in pecunia numerata ibidem inuenta felonice furatus fuit. (*Margin felonia*)

John Phelipp at night feloniously broke into the chamber of William Maltman of Tewkesbury and feloniously stole household goods, price 10s, and 2s.

(*Endorsed* Nos Iohannes Cassy Iohannes Derhurst et Iohannes Byseley iusticiarii domini Regis ad pacem in comitatu Glouc' conseruandam assignati mittimus coram domino Rege vbicumque etc. omnia indictamenta coram nobis non determinata [die Lune in crastino sancte] Trinitatis [3 June 1398] prout Iohannes Berkele vicecomes nobis premunire fecit)

[dorse] (*Endorsed upside down* Coram custodibus pacis domini Regis comitatu Glouc')

[m. 5 *attached to* m. 8]³⁷² Ricardus dei gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie custodibus pacis sue et iusticiariis suis ad diuersa felonias transgressiones et malefacta in comitatu Glouc' audienda et terminanda assignatis et eorum cuilibet salutem. Volentes certis de causis cerciorari super omnibus et singulis indictamentis factis coram vobis de quibusdam transgressionibus vnde Iohannes Wotton' de Kemele et Thomas frater eius et Willelmus frater eiusdem Thome et Ricardus Barbour de Wynchecombe indictati sunt vt dicitur vobis et cuilibet vestrum mandamus quod indictamenta predicta cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillis vestris vel vnus vestrum distincte et aperte ac saluo et secure per aliquem pro quo respondere volueritis sine dilacione mittatis et hoc breue vt vltterius inde fieri faciamus prout de iure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Anglie fuerit faciendum. Teste me ipso apud Westm' xxiiij die Augusti anno regni nostri vicesimo primo [1397].

Gillyngford'

[dorse] (*Endorsed at top at right angles* per cancellarium)

Writ of *cerciorari* removing indictments which concern John Wotton of Kemble and others to the king's bench.

[m. 6 *attached to* m. 8] Ricardus dei gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie vicecomiti Glouc' salutem. Precipimus tibi quod non omittas propter aliquem libertatem comitatus tui quin distringas Thomam Berkeley de Coberley Willelmum Wardewyke Ricardum Monemouth' Thomam Tresham Robertum Someruyle Thomam Moryn Willelmum Aylewyn Iohannem Cosyn de Cirenc' Nicholaum Ponter Thomam Persones Robertum Olyne Iohannem Lorewynche Rogerum Coburleye Reginaldum Barston' Iohannem Tomas Willelmum Langeford' Robertum Wyke Simonem Vske Nicholaum Edulf Iohannem Felde Thomam atte Halle Thomam Foxcote Willelmum Culne et Iohannem Opcote iuratores summonitos in curia nostra coram iusticiariis nostris ad diuersa felonias transgressiones et malefacta in comitatu

³⁷² The two writs and the jury list pertain to *infra* no. 35.

tuo audienda et terminanda assignatis ac custodibus pacis nostre inter nos et Iohannem Wotton' de Kemele Thomam fratrem eius Willelmum fratrem eius et Robertum Barbour de Wynchecombe per omnes terras et catalla sua in balliua tua ita quod nec ipsi nec aliquis per ipsos ad ea manum apponant donec aliud a nobis inde habuere preceptum et quod de exitibus eorundem nobis respondere et quod habeas corpora eorum coram prefatis iusticiariis nostris apud Glouc' die Lune in crastino sancte Trinitatis [3 June 1398] ad recognoscendum super sacramentum suum si predicti Iohannes Wotton' Thomas Willelmus et Ricardus culpabiles sunt de quibusdam transgressionibus vnde indictati sunt necne et ad audiendum indictamenta omnia de pluribus defaultis et habeas ibi hoc breue. Teste Iohanne Cassy apud Glouc' xvij die Decembris anno Regis nunc vicesimo primo [1397]. Lecche³⁷³
[dorse] (*Endorsed at right angles* Iohannes de Berkele vicecomes respondit prout patet in pannelo huic breui consuto)

Writ to the sheriff of Gloucestershire ordering him to summon the jury for the session of the peace to be held on 3 June 1398, attested by John Cassy, justice of the peace.

[m. 7 attached to m. 8]

manucaptor	Thome Berkeley de Coberley	Iohannes Mull'
	Exitus xijd	
manucaptor	Willelmi Wardewyke	Ricardus Ost
	Exitus vjd	
manucaptor	Ricardi Monemouth'	Iohannes Aller'
	Exitus iiijd	
manucaptor	Thome Tresham	Iohannes For'
	Exitus vjd	
manucaptor	Roberti Someruyle	Willelmus Mull'
	Exitus vjd	
manucaptor	Thome Moryn	Iohannes West
	Exitus vjd	
manucaptor	Willelmi Aylewyn	Ricardus Mer
	Exitus vjd	
manucaptor	Iohannis Cosyn de Cirenc'	Iohannes Aust

³⁷³ He also acted as king's attorney; *infra* 163 ff. See also *supra*, p. 37.

	Exitus vjd	
manu captor	Nicholai Poncer	Iohannes Prest
	Exitus xijd	
manu captor	Thome Persones	Ricardus Malet
	Exitus vjd	
manu captor	Roberti Olyne	Iohannes Fort
	Exitus iiijd	
manu captor	Iohannis Lorewynchei	Robertus R . . . ³⁷⁴
	Exitus vjd	
manu captor	Rogeri Coburley	Ricardus Aller
	Exitus vjd	Iohannes Myle
Reginaldus Barston'	in breui huic pannello consuto	
nominatus mortuus est		
manu captor	Iohannis Thomas	Ricardus Malet
	Exitus vjd	
manu captor	Willelmi Langeford'	Iohannes Mult'
	Exitus vjd	
manu captor	Roberti Wyke	Ricardus West
	Exitus vjd	
manu captor	Simonis Vske	Robertus Frere
	Exitus vjd	
manu captor	Nicholai Edulfe	Iohannes Monson'
	Exitus iiijd	
manu captor	Iohannis Felde	Willelmus Aller
	Exitus vjd	Iohannes Pulder
manu captor	Thome atte Halle	Iohannes Frere
	Exitus vjd	
manu captor	Thome Foxcote	Iohannes Forde
	Exitus vjd	
manu captor	Willelmi Culne	Iohannes Muller
	Exitus vjd.	
manu captor	Iohannis Opcote	Ricardus Pye
	Exitus vjd	Willelmus Aller

[m. 8] Placita coram Iohanne Cassy et sociis suis iusticiariis domini Regis ad pacem in comitatu Glouc' conseruandam assignatis apud Glouc' die Martis proximo post festum sancti Cedde episcopi anno regni Regis Ricardi secundi vicesimo [6 March 1397].³⁷⁵

³⁷⁴ Illegible.

³⁷⁵ For other business at this session see *supra*, pp. 149, 153 ff.

35 (*Margin Glouc'*) Iohannes Wotton³⁷⁶ de Kemele (sine die per perdonacionem)¹ Thomas³⁷⁶ frater eius (sine die per perdonacionem)¹ Willelmus³⁷⁶ frater eius (sine die etc.)¹ et Ricardus Barbour³⁷⁶ de Wynchecomb' attachiati fuerunt ad respondendum domino Regi de eo quod ipsi simul cum aliis ignotis die Iouis proximo ante festum Pentecostes anno regni domini Regis nunc decimo nono apud Elkeston' in hundredo de Respegate in regia via insidiabantur Iacobum Clyfford' in armaturis armatis videlicet cum gladiis et peltis arcubus et sagittis et in ipsum Iacobum insultum fecerunt et vnus eorum sagittauit Ricardum Lecch' seruientem eiusdem Iacobi cum quadam sagitta ita quod de vita sua desperabatur et eciam predicti Iohannes Wotton' et socij sui sagittauerunt eidem Iacobo et seruientibus suis cum asperis sagittis ad ipsos interficiendos contra pacem domini Regis etc. Et eciam de eo quod ijdem Iohannes Thomas Willelmus et Ricardus Barbour simul cum aliis ignotis die et anno et loco supradictis in Iacobum Clyfford' insultum fecerunt cum armaturis videlicet arcubus sagittis gladiis et peltis et versus ipsum Iacobum et seruientes suos sagittauerunt ad eos interficiendos et vnus eorum sagittauit et percussit cum sagitta Ricardum Lecch' seruientem eiusdem Iacobi ita quod de vita eius desperabatur contra pacem domini Regis etc. vnde indictati sunt etc. Et predicti Iohannes Wotton' et Willelmus in propriis personis suis et predicti Thomas et Ricardus Barbour per Iohannem Hasulton' attornatum suum venient et visis et indictamentis predictis separatim allocuti sunt qualiter de premissis sibi impositis se velint acquietare etc. Et predictus Iohannes Wotton' dicit quod quo ad insidiandum Iacobum Clyfford' in armaturis armatis videlicet vbi superius supponitur ipsum Iohannem aliter armatum equitare seu in alio apparatu pro corpore suo quam communiter solet equitare et eciam ipsum Iohannem simul etc. in ipsum Iacobum cum armaturis insultum fecisse ac eciam ipsum Iohannem simul etc. versus ipsum Iacobum et seruientes suos sagittasse ad eos interficiendos necnon totam transgressionem predictam preter sagittare cum sagitta in predictum

³⁷⁶ To be produced KB, Westminster, Hilary 1400; a record of the pardon has not been found; KB 27/558, Rex, m. 11.

Ricardum Lecche dicit quod ipse in nullo est inde culpabilis. Et de hoc ponit se super patriam et Henricus Lecch' qui sequitur pro domino Rege in hac parte similiter. Et quo ad sagittare cum sagitta dicit quod quidem Iohannes Meone de Collesbourne tenet medietatem manerij de Collesbourne vt de iure Iohanne vxoris sue de predicto Iohanne Wotton' et Isabella vxore eius vt de iure eiusdem Isabelle ad terminum vite eiusdem vxoris Iohannis Meone per fidelitatem et per seruicium quadraginta solidorum per annum soluendum ad festa annunciacionis beate Marie et sancti Michelis per equales porciones et pro eo quod dictus redditus quadraginta ad dictos duos terminos proximo ante predictum diem Iouis in quo supponitur transgressionem predictam fieri aretro fuit predictus Iohannes Wotton' simul etc. venit ad predictum manerium de Collesbourne ad petendum et habendum redditum suum predictum. Et quia predicti Iohannes Meone et Iohanna vxor eius redditum illum soluere noluerunt cepit ipse nomine districtionis pro redditu predicto quatuor boues et duo iumenta ipsius Iohannis Meone et animalia illa vsque manerium de Barndesley fugare et ea ibidem imparcare voluisset. Predicti Iacobus et Ricardus simul cum aliis ignotis ad numerum sex personarum modo guerrino arraiati districtionem predictam rescusserunt et in ipsos Iohannem Wotton' Thomam Willelmum et Ricardum Barbour insultum fecerunt et ipsos verberasse vulnerasse voluerunt ac ipsos de loco in locum ad verberandum persecuti fuerunt per quod predictus Iohannes Wotton' se defendebat et ipsum Ricardum Lecch' cum predicta sagitta percussit et sic malum quod eidem Ricardo Lecch' ibidem adtunc aduenit hoc fuit ex insultu suo proprio in forma predicta et in defensionem corporis eiusdem Iohannis Wotton' ac in saluacionem vite sue et hoc pretendit verificare vnde non intendit aliquam iniuriam in persona sua in hoc casu assignare posse nec quod dominus Rex enim in hac parte impetire velit etc. Et predicti Thomas Willelmus et Ricardus Barbour dicunt quod ipsi adtunc veniunt ibidem vt seruietes eiusdem Iohannis Wotton' ad fugandum districtionem predictam eidem Iohanni Wotton' in auxilium assistentes et quod ipsi de premissis sibi impositis in nullo sunt culpabiles.

Et de hoc parati sunt verificare etc. vnde non intendunt quod dominus Rex eos in hac parte impetire velit etc. Et Henricus Lecch' qui sequitur pro domino Rege dicit quod predicti Iohannes Wotton' Thomas Willelmus et Ricardus Barbour die anno et loco suprascriptis ex insultu suo proprio fecerunt predictis Iacobo et Ricardo Lecch' transgressionem predictas et non per causas per ipsos Iohannem Wotton' Thomam Willelmum et Ricardum Barbour allegatas et sic sunt ipsi culpabiles de premissis sibi impositis prout per presentaciones predictas superius pro domino Rege supponitur. Et hoc petit pro domino Rege quod inquiratur per patriam. Et predicti Iohannes Wotton' Thomas Willelmus et Ricardus Barbour similiter. Ideo preceptum est vicecomiti quod non omittat etc. quin venire faciat hic scilicet apud Gloucestre die Lune in crastino sancte Trinitatis [18 June 1397] xxiii^{or} etc. per quos etc. et qui etc. ad recognoscendum etc. quia etc. Postea continuato inde processu per iuratas posita sinde in respectum hic vsque ad sessionem tentam apud Glouc' die Lune in crastino sancte Trinitatis anno regni domini Regis nunc vicesimo primo [3 June 1398] et modo hic ad hunc diem Lune etc. vicecomes retornauit quoddam panellum de districtione iuratorum ad quod nichil actum fuit eo quod per premunicionem vicecomitis recordum istud inter alia mittitur coram domino Rege vbicumque etc. Et ideo quo ad quoddam breue de cerciorando etc. nichil actum est etc.

John Wotton of Kemble, his two brothers (all three pardoned) and Richard Barbour of Winchcombe are summoned to answer for an armed ambush and attack made by them and others on James Clyfford which resulted in the wounding of Richard Lecche, a servant of Clyfford. They plead that Wotton wounded Lecche in self-defence when Clyfford, Lecche and others resisted a distraint made by Wotton and his associates because John Moene of Colesborne and his wife Isabella had failed to pay rent due to Wotton and his wife Johanna. A jury is summoned but before action is taken the sheriff orders the justices of the peace to send all their undetermined indictments to the king's bench at its next session.